



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XCIII. Der Rath der Neustadt Saluwedel genehmigt ein von Werder Chüden
dem Altar Simonis und Judä in der Katahrinenkirche ausgesetztes
Vermächtniß, am 11. November 1327.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

XCIII. Der Rath der Neustadt Salzwedel genehmigt ein von Werner Chüden dem Altar Symonis und Juda in der Katharinenkirche ausgefertigtes Vermächtniß, am 11. November 1327.

In nomine domini Amen. Nos hupertus, hermannus marquardi, vynkelere, Thidericus colfun, thidericus doleator, Johannes Rekeling, hinricus brunowen, Johannes veleviz, Bodo vicken et hinricus de medebeke, Consules noue Ciuitatis soltwedel, recognoscimus publice protestantes, Quod hinricus de Puggen, sana vita sua comite, cum bona voluntate vxoris sue et suorum heredum, vendidit et resignauit Domino wernero de Chuden vnam marcā denariorum census perpetui ex hereditate sua, in qua nunc moratur, perpetue percipiendam, In hunc quidem modum. Predictus dominus wernerus et mater sua suis temporibus hoc censu perfrui licite et pacifice debebunt, Et post decessum amborum Rudolffus de chuden, frater predicti domini weneri, et suus filius albertus simili modo suis temporibus predictum censum percipere debebunt. Verumptamen post mortem omnium predictorum Octo solidi de censu prenominato debebunt devolui in redditus altaris Symonis et Jude beatorum Apostolorum, fundati in ecclesia beate Katherine virginis gloriose in noua ciuitate Soltwedel situata, videlicet ut si quis prenominati altaris tunc temporis est vicarius, predictos octo solidos suo ministro erogabit, Et octo solidi vitricis ecclesie debebunt presentari ibidem in pretium calcancium organa. Ille census quatuor temporibus anj est erogandus sic: quatuor solidi in Natiuitate domini dari debent, quatuor in festo Pasche, quatuor in festo Johannis baptiste atque quatuor in festo mychaelis dabunt. Preterea possessor predictae hereditatis pro hoc censu debet dare, sicut pro alijs bonis suis, exactionem, que schot vulgariter nuncupatur. Qui census si non daretur quolibet termino expedite, mox nuncius ciuitatis expignorare deberet eundem. Verumptamen hanc elemosinam sepeditus dominus Wernerus fecit predicto altari et calcantibus organorum post obitum suum et aliorum trium ob reuerenciam omnipotentis dei et sue matris virginis marie et omnium sanctorum in remedium anime sue et omnium suorum progenitorum. In quorum omnium euidentis testimonium Sigillum nostrum presentibus est annexum. Datum Soltwedel, Anno domini M^o. CCC^o. XXVII^o., In die Martini Episcopi.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 32, No. 4.

XCIV. Agnes, Herzogin von Braunschweig, bestätigt dem heil. Geist-Kloster in Salzwedel die Vogtei über Wendisch-Chüden, im Jahre 1328.

In nomine Domini Amen. Nos dei gracia Agnes, Ducissa Brunluicensis, quondam Marchionissa Brandenburgensis, omnibus hanc litteram inspecturis vel auditoris salutem in filio virginis gloriose. Quoniam ea, que sub humanis in tempore fiunt actibus cum tempore euanescent —; Hinc est, quod nos ea, que ad omnipotentis Dei honorem fiunt, nolentes infirmari, sed potius perennari, recognoscimus in hijs scriptis, quod religiosus vir Dominus Siffridus, prepositus monasterii Sancti Spiritus prope Soltwedel, nobis exposuit, quod nostri Aduocati et quidam alii ipsum et monasterium in bonis et filua ville Slaicalis Chudene, ad idem monasterium pertinentis cum omni jure, impediunt, nec impedire desistunt. Quare literas illustri Principis Domini